



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Opere consummatus, parag. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

tis non fuerit, sed, quia hæc vox non usurpatur, utebantur autem alijs dicendi formulis, a æquivalentibus.

2. Si per futurum tempus sic dicatur: *Er- rit, fiet, evadet Irregularis, repellatur ab altari*, multo magis, si dicatur: *Sit Irregularis, repel- latur ab Ordine, & cæt*, inducitur b Irregu- laritas ipso facto. Ratio est, quia Irregularitas non pendet à futuro ministerio Judicis, undè illud futurum (fiet, erit, & cæt) solum notat, deinceps te debere reputari Irregulariter, non vero necessarium esse, ut præcedat Judicis sen- tentia. Non esse ita in Censuris, diximus in Tract. de Excommunicatione cap. 1.

3. Quod si, omnibus expensis, res dubia remanet, an scilicet verba significant induci, Irregularitatem, nec ne, cum hoc sit dubium juris, est judicandum, non infligi Irregulari- tatem, quia irregularitas debet esse expressa in jure, quæ expressio non adest, quando om- nibus perpenis res est dubia. Immo, etiam si adderetur in jure, quod *talis poena sit dispensa- tione delenda*, adhuc per hæc sola verba non tol- litur dubium, nam, ut notat Suar. e necessi- tas dispensationis potest cadere in alias poenas, quæ non sint Irregularitates.

CAPUT IV.

Quinam actus requiratur in subjecto ad Irregularitatem ex delicto in- currendam?

1. **D**ixi (ex delicto) nam ad Irregularita- tem ex defectu, nequaquam facit hæc præfens questio, quia illa Irregularitas incur- ritur sine peccato. Ad eam autem ex delicto, requiritur *Actus externus, Opere consummatius, Deliberatus, Peccaminosus, Cognitus in ratione poenæ*. Discurte per singula.

§. PRIMUS.

Actus debet esse externus.

1. **E**cclēsia sive nequit, d sive non vult unquam punire, seu judicare de actibus merè internis, multo minus vult, eos punire Irregularitate, quæ est gravissima poena

2. Actus tamen externus licet occul- tissimus capax e est Irregularitatis; statim

enim, ac actus in externum prodit, mani- festus ex se est, judicioque Ecclēsiæ sub- ditus.

Adde Tridentinum *Seff. 24. cap. 7. de Re- for.* dicens homicidam, etiam occultum, esse ab Altari repellendum.

3. Neque obstat, quod ex dictis sequere- tur, hominem, si velit dispensationem Irregu- laritatis, debere Prælato manifestare suum delictum occultum, ut is judicet de dispen- sationis causa: non obstat, inquam, quia e- jutmodi manifestatio est voluntaria; potest enim Irregularis non petere dispensationem, si velit, suum impedimentum Superiori non declarare

4. Quod si contingat, aliquem abstinere non posse ab usu Ordinis verbi gratia à cele- branda Missa, nisi cum gravi infamia suum cri- men divulget, jam non cogetur, ex hoc capi- tate, desistere ab eius usu, dum periculum infamiae durat, ut docet Navar. a & Cordu- ba, b nosque infra e explicabimus cum communi sententia contra Valerium, d alio- que, & unive saliter eiu'smodi dispensationes debe- e, ita prudenter fieri à Superiore, ut non infametur peccator occultus; monentus om- nes; id enim ex regula generali de vitanda pro- ximi infamia, pro certo supponendum sem- per est.

§. SECUNDUS.

Opere consummatius.

1. **H**oc est, debet actus in ea specie, sub qua prohibetur esse perfectus.

2. Hinc, qui mortem alicujus concepivit, qui eandem tentavit, qui vulnus, etiam lethale infixit, non fit Irregularis, si inors ex vi illius actionis secuta non sit, quamvis per mira- culum non sit secuta, quia poena hæc, seu onus Irregularitatis, cum odiosum sit, restringen- dum est ad opus integrè consummatum, quan- do aliter expressè non est in Jure dispositum. Ita communiter e Doctores.

§. TERTIUS.

Plenè deliberatus.

1. **I**n profecto: non enim tam gravi one- ri, seu poenæ, qualis est Irregularitas,

7 *Coninch. de Sacram. d. 18. duc. 2. Leand. de Irreg. multos ci- tans tra. d. 10. q. 5. & d. 27. q. 19. contra pau- cos dicentes non incur- ri ex occulto inter quos est Miranda forè appro- à Diana p. 11. r. 2. ref. 26. sed ex- ceptus (cer- tè immeri- id) à Bruno de Ferrul. Reg. Tr. 5. c. 4. prop. 1. a Navar. in man. c. 27. n. 239. b Cord. ca- su 41. n. 142 e Infra. c. 14. §. 3. n. 3. breviter. & latus. Supra de excommu- nic. c. 2. d Valer. in diff. utrius que fori V. Irregul. diff. 8. e Suar. l. e. se. 3. n. 13. Farin. in frag. V. Ir- reg. n. 427. Vgol. de Ir- reg. c. 5. 7. Hurt. de Irreg. diff. 1. diff. 2. n. 6*